



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1479. usque ad annum 1494

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118340

§. 88. Alhama urbs a Ferdinando Mauris erepta

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66444](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66444)

Sæcul. XV.
A. C. 1482.

lum inter Reges Catholicos & Alphonsum Regem Lusitanie motum subintrabat. Ergo Vandalitiam, & Murcia regnum cum gemino, eoque fortissimo exercitu invadit, ac foede tantoque furore depopulatur, ut Ferdinandus, atque Isabella resistendo impares, non sine ingenti suorum dispendio pacem cum eo finire compellerentur; porro Rex, atque Regina foederis articulos fide integre observabant; Maurorum vero Rex cum Zacharam fortissimum oppidum obduciarum securitatem minus firmo munitum praesidio intelligeret, illud impetito impetu obruit, ejusque gubernatorem trucidavit, captis omnibus, qui urbem incolebant. Hæc gesta fuere b[e]n[e]dicto eunte anno præcedenti ad prima Valentini auspicia; unde merito ab hoc tempore peti potest felix epocha continuati historiarum cursus, quo Hispaniæ Monarchia brevi totum Granatæ regnum subjecit armis.

§. LXXXVIII.

Alhama urbs a Ferdinando Maurorum erepta.

*Mariano
ibid.*

Ferdinandus & Isabella atroci Maurorum Regis perfidia ad condignam ultionem adeo erant provocati, ut pace cum Lusitanis firmata post Torensis prælium Valentini

Vandalitiam cum victricibus armis suis ingrederentur, primoque urbem Alhamam, quam veluti aheneum Granatæ murum Mauri appellabant, vi caperent, ac demum via sibi per hujus urbis ruinas aperta, in agros populabundi excurrerent, simulque horribili strage cuncta devastantes cruenta vindictæ suæ vestigia ubique relinquerent. Parta hac victoria Ferdinandus Rex finitimas urbes valido præsidio firmabat, ac triumphans Cordubam revertebatur. Verum vix discesserat, cum jamjam Mauri Alhamæ, eoquod regni sui clavis esset, jacturam ægerrime ferentes, illam Ferdinando hosti sui eripere, atque obsidione cingere aggredierentur; unde Rex Catholicus sine ullo moræ dispendio redire compulsus, tam opportuno tempore ad urbis auxilium accurrit, ut denuo Mauri a suis conatibus desistere cogerentur; depulso hoste Rex Didacum de Melo hujus urbis Præfectum nominabat. Attamen paulopost dissensionibus inter Mauros exortis Ferdinandus hac occasione utendum ratus, bellum restaurat, ac primum Loxam urbem cingit, adverso licet Marte; quippe non solum obsidionem solvere compellebatur, sed etiam Rodericum Tellez Magnum Calatravæ Magistrum amittebat, duobus sagittis transfossus; porro defuncti dignitatem

Sæcul. XV.
A.C. 1482.

Sæcul. XV. Ferdinandus Garziæ Lopessio de Padilla
A.C. 1482. contulit, ea tamen lege, ut Alhamæ civi-
 tatis defensionem suis sumptibus in-
 susciperet; his ita dispositis Rex Mach-
 tum reversus est, cum hiemis frigores
 jamjam imminerent. Ceterum hoc be-
 tum solidos decem annos tenuit.

§. LXXXIX.

Maximi Patriarchæ Constantinopolitani obitus.

*Turco-Græ-
 cia lib. 2.
 Bzov. hoc
 anno.*

[neunte hoc anno millesimo quadri-
 gesimo octogesimo secundo Maxi-
 mus Patriarcha Constantinopolitanus
 postquam hanc sedem sex annis rexerat
 e vivis excessit, in ejusque locum cre-
 tus est Nyphon Thessalonicensis Metro-
 polita, eloquentia, quam scientia clarus
 Fuit is patria Peloponnesus, ex patre
 Albaniaco, & Matre Græca nobilissimi
 generis parentibus natus; ast Nyphon, e
 quod Regio Quæstori quædam munera
 offerre neglexisset, ejus indignationem
 sibi accersivit, eamque vehementer ex-
 cit ex eo, quod Simeoni olim Patriarchæ
 quemdam Filium supponere attentasset
 ac proin ærarium regium, cui relicta
 Simeonis bona cessissent, defraudare im-
 litus esset: Quapropter Bajazethes re-
 comperta Nyphonem non modo Patriar-
 chatu, sed etiam urbe expelli, aliumque